THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ei quidam in habitu mo-
nachali nigerrimo, et dixit:
Certe si non fuisses re-
versus ad inclinandum,
ego talem potum tibi pro-
pinassem, quem in anno
non digereres. Et statim
disparuit, et sitis cessavit.

De vera stabilitate. C xiij.

Strennuus quidam
miles ordinem pre-
dictum intravit, volens at-
trahere quendam alium mi-
litem sibi amicum. Qui
respondit: Vermes in ordine
vestro maxime timeo.
Respondit alter miles: Quid
est hoc quod audio? Non ti-
mes gladios, sed converti
volens times pediculum.
Tandem illo converso, quesivit
ab illo senior quomodo se ha-
beret. Dixit: Si omnes
pediculi essent in uno cor-
pore, non me morderent
de ordine.

De sagacitate prelatorum. C xiiij.

Abbas quidam sapiens
nolebat secum ducere
iuvenes monachos, ce-
terum seniores. Propterea
arguerent. Secum quodam
tempore duxit adolescentem
unum. Dum ergo pergeret
simul, obviam habuerunt
quandam iuvenculam hone-
ste dispositam. Quam
abbas equum retrahens
benigne salutavit. Po-
stea dum irent, dixit ab-
bas ad iuvenem: Valde fu-
it hec pulchra. Respondit iu-
venis: Verum est. Pul-
chra esset, si non esset mono-
cula. Dixitque ei iterum ab-
bas: Utrum oculum habuit?
Et iuvenis: Nequaquam,
pater, sed unum. Bene igitur
consideravi eam. Respondit
abbas: Et ego dorsum
tuum consolidabo, quia non
debueras scire si mascu-
lus esset an femina.

De sancta simplicitate subditorum. C xv.

Nobilis quidam sepe
ledebat quoddam claustrum,
nec aliquibus cessavit.
Cumque die quadam multa
rapuisset pectora, volebant
monachi quod abbas acces-
sisset ad eum. Qui noluit, sci-
ens nichil prodesse. Mise-
runt tamen quendam valde sim-